Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

et illa, quæ ĩ ventribus ĩ sacculis
reportate, ne forte error fiat
sit, sed et fratrem vestrum tollite et
ite ad virum. Deus autem meus fa-
ciat vobis eum placabilem, et re-
mittat vobiscum, fratrem vestrum, quem
tenet, et hunc benyamin. Ego
autem sicut orbatus absque libris ero.
Tulerunt ergo viri munera, et
pecuniam duplicem, et benyamin,
descenderunt ĩ egyptum, et ste-
terunt coram ioseph. Cumque eum
ille vidisset, et benyamin secum
precepit dispensatori domus suæ
dicens, Introduc viros domum,
et occide victimas, et instrue
cuncta, quoniam mecum sunt comes-
turi meridie. Fecit ille sicut
fuerat imperatum, et introduxit
viros domum. Illique expauti
dixerunt mutuo, Propter pecuniam
quam prius retulimus ĩ sarcinis
nostris, introducti sumus, et denu-
uat ĩ nos volumus et volent
subiicere servitutem, et nos et
asinos nostros. Quamobrem ĩ ipsis
foribus, accedentes ad dispen-
satorem domus, locuti sunt. Obse-
cro domine ut audias. Iam ante
descendimus, ut emamus escas,
quibus emptis cum venissemus ad
diuersum, aperuimus sacculos
nostros, et ĩ singulis pecuniam ĩ ore
sacorum. Quam nunc eadem pondere
reportamus, sed et aliud argen-
tum, ut emamus quæ
nostra sunt. Nec est ĩ manu ignota,
quis eam posuerit ĩ marsupiis
nostris. Et ille rendit. Pax vo-
biscum. Nolite timere. Deus vestri,
et deus patris vestri, dedit vobis
thesauros ĩ sarcinis vestris. Nam
pecuniam, quam dedistis mihi, probatam
ego habeo. Eduxitque ad eos Si-
meon, et introduxit domum, at-
tulit aquam et lauerunt pedes suos,
deditque pabula, asinis eorum. Illi
vero parabant munera, donec in-
grederetur ioseph meridie. Audie-
rant enim, quod ibi comesturi essent pa-
nem. Igitur ingressus est io-
seph ĩ domum suam, obtulerunt-
que ei munera, tenentes ĩ manibus, et
adorauerunt prostrati in terram. Ille
demum resalutatis eis interro-
gauit dicens. Salus ne est pa-
tri vestro, adhuc viuit. Qui respondit,
Soospes est pater tuus, pater meus
adhuc viuit. Et ĩclinati adora-
uerunt eum. Attollens autem oculos
ioseph, vidit benyamin fratrem
suum uterinum et ait. Iste est
frater vester puerulus, de quo dixeratis
mihi. Et cum sum, deus ĩ qui misere-
atur tui fili mi. festinauitque,
et commota fuerant viscera super
fratre suo, et erupebant lacrime
eius, et ĩtrorsum cubiculum fluxit.
Tersisque tota facie, egres-
sus continuit se et ait, Ponite pa-
nes. Cumque apponerentur seorsum
ioseph, et seorsum fratribus eius
egyptiis quoque qui vescebantur secum
seorsum, illicitum est ei egyptiis
comedere cum hebreis, et sphan-
num putant hunc esse modum quinum.
Sederunt coram eo primogenita
sua, et minimus iuxta etatem suam,
et mirabantur inter se singulis publicis
quas accepant ab eo, maior-
que pars vesti benyamin, ita ut
quinque publicis excederet, biberique
et inebriati sunt. Capitulum
Precepit autem io-
seph, dispensatori do-
mus suæ dicens, Impple saccos
eorum frumento, quantum possint
ferre, et pone pecuniam singulorum